



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 130. Gandavensium consilia de nuptiis Ducissæ cum Adolpho Geldriæ
Duce

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Sæcul. XV. ciffæ, quæ ad palatium suum exsanguis,
A.C. 1477. ac mortuæ similibus deferebatur.

§. CXXX.

Gandavensium consilia de nuptiis Ducissæ cum Adolpho Geldricæ Duce.

Ducissa, cum linquentem animum suum revocasset, Gandavenses, quod auctoritatem suam utriusque hujus Viri adeo celebris supplicio roborassent, jam contentos fore sperabat. Ast spe sua delusam brevi experta est. Quippe Ducissam viduam Burgundæ Novercam, æque ac Ravesteinium urbe excedere compellunt, ipsius vero Dominæ suæ mores velut e specula observant, omnesque, qui ab ejus servitio erant, dimittunt, aliosque subrogant; cunctos denique, quos sibi addictos habebat, proscribunt, eorum domos spoliant, & illorum bona ærario addicunt. Post hæc quindecim millia peditum, ac nonnullas equitum copias cogunt, quibus Adolphum Geldricæ Ducem a Carolo Burgundiæ Duce Namurcensi olim arci inclusum præficiunt, eumque supremum eorum Præfectum salutant; ne vero quicquam malorum cumulo deesset, Ducissam compellere tentant, ut Adolphum, juvenem post homines natos turpissimum, ac omni flagitiorum

tiorum genere deformem, tori sui soci- Sæcul. XV.
um sibi eligeret. A.C. 1477.

§. CXXXI.

*Oliverius Damus a Rege ad
Ducissam missus.*

Attamen Ludovicus Rex, licet rerum ignarus, Ducissam a tam indignis nuptiis exemit. Cum enim illam ad suas partes clam pertrahere vellet, hinc in Flandriam misit hominem quemdam in oppido Odenfordia haud procul a Gandavo natum, qui ingenii sui acie, ac morum affabilitate Ludovici Regis gratiam aucupatus, primum in Barbitonforem ab eo assumebatur, demum honorifico nomine Oliverii de Damo seu Dando *le Daim.* decoratus est. Cum idem Flandrici idiomatis gnarus, facile Gandavo oriundus crederetur, Ludovicus hunc præ ceteris idoneum reputabat, ut eum ad Ducissam ablegaret, nullis tamen regiis literis munitum; dato solum verbotenus negotio, ut Ducissæ Burgundiæ remotis arbitris exponeret, Regem vehementer illius vicem dolere, eidemque postea suggereret, *Commin. 1.5. cap. 17.* ut secum conferret de mediis, quibus, si ad Gallorum partes accedere vellet, a Gandavensium tyrannide eripi posset, demum exploratis horum animis ac propensione in Gallos comperta, Gandaven-